

instar urere ajunt. Mox ille caput aggrava, nec dix illum effodere possunt: Nam si inter diu fructum & à pico Martio colligere quis videatur, oculis periclitabitur, Radice autem secanti sedes procidit.

Tale periculum hīc non metuendum est, sed collectio sine noxa fieri potest, pro colligentis lubitu cum voluptate.

### CAPUT V.

## QUALITATES ET VIRTUTES JUNIPERI E JUSQUE PAR- TIUM CONSIDERAT.

*JUNIPERI qualitates* nunc attingere ordinis postulat ratio, quoniam verò *Juniperus* diversas partes considerandas habet, & diversimodè illæ considerandæ veniunt.

*Ligni  
qualita-  
tes.*

*Lignum Juniperinum* calidum & siccum esse gradu tertio, omnes ferè consentiunt Botanici, id quod & *Galenus* affirmat lib. 6. de simpl. med. facultat. p. m. 1072.

*Baccarum  
qualita-  
tes.*

*Baccarum Juniperi* temperamen-  
tum *Sabrodero* lib. 4. *Pbarmacop. Med:*  
*Chym.* p. 88. calidum est gradu tertio, &  
siccum gradu secundo, *Galen* verò citato  
locò ut & *Sennerto* lib. V. Inst. part. I. sect. 1.  
cap. 3. siccum gradu primo.

*Gumma-*

*Gummi Juniperinum, Sandaraca A-  
rabum*

rebum seu Vernix dictum, calidum itidem *tis qualis*  
 & siccum est Schrödero gradu primo, *Ma-*  
*rates.*  
*easlo lib. 2. promptuar. mater. med. cap. 3.*  
*fect. 1. & 3. calidum est gradu secundo &*  
*siccum gradu tertio. Sennerto locô allegato*  
*calidum est & siccum gradu quarto, Aliis*  
*calidum & siccum est gradu secundo.*  
*Et tantum de qualitatibus.*

De VIRTUNIBUS Juniperi ejusque  
 partium acturi unde ordiamur nesci-  
 mus, ubi finiamus ignoramus, cum illa-  
 rum tot actantæ sint, ut pro merito illas  
 commendare vix licitum sit, non enim  
 solùm sedentibus requiem, sed & ve-  
 scientibus saturitatem, major præsertim  
*Juniperus*, imò ægrotantibus sanitatem,  
 & mortuis incorruptibilitatem conciliare  
 conatur, ut proinde *Panacea*, licet  
 talem dari à multis dubitetur, haud in-  
 commodè dici mereatur. Si enim Di-  
 gestivum expetas, si Diaphoreticum  
 optes, si Diureticum cupias, si Bezoar-  
 dicum desideres, si cephalicum, si oph-  
 thalmicum, si oticum, si pectorale, si sto-  
 machicum, si hepaticum, si hystericum,  
 si nephriticum, si antiarthriticum medi-  
 camentū efflagites, en in *Junipero* invenis  
 solatium & auxilium, quid multa? Vino  
 vendibili non opus est suspensa hedera,  
 ideoque & *Juniperum* ulteriori commen-  
 datione non prosequar, sed cuiuslibet,

Vires Ja-  
 niperi.

vires

vires suas & virtutes tentare & experiri  
qui cupid, judicio relinquam, cum & ex  
sequentibus patebit, quantis polleat  
viribus Nobilissima nostra Juniperus, ideò  
verè Ambrosius, allegante Ursino  
Commoda Juniperi sunt plurima, at omnia  
Christus

Janua, mensa, quies, Vis, medicina, salut.  
Arboret. Bibl. cap. citat.

In primis autem consideratione dignum est, quod Juniperus quanta quanta sit, nil nisi utilitas sit, cum nihil planè in illâ inveniatur, quod usibus humanis non sit accommodatum.

Sic in totâ substantiâ frutex suffituum loco usurpat, sicut illâ regnante pestilentî contagio Venerandus senex Hippocrates usus est in Insulâ Coo, ubi jussit, ut incolæ illius ubivis locorum Juniperi frutices colligerent, comburerent omnesque plateas domique partes illis perfumarent, id quod tantæ operatio- nis fuit, ut in toto hujus Insulæ districtu nemo hac lue fuerit infectus aut mortuus. Sic & hodiè quoque integri rami Juniperini ad suffitum crebrò adhiben- tur, cùm non jucundum solum præbere soleant odorem, sed in aëris etiam purificatione & emendatione commodum præstent non contemnendum, quin & hunc suffitum animalia venenata fugere & fuga-

Fruticum  
Juniperi-  
narum.  
Vires.

& fugare afferat *Tabernam onanu*s in *Xerbo*  
net *Vuchi p. m. 561.* Hinc etiam nonnulli  
in ea sunt opinione, ut putent, *Draconem*,  
*custodem aurei velleris*, remedio ex *ramo*  
*Juniperino* confecto soporatum fuisse,  
hancque tradit rationem saepe citamus. *Ur-*  
*sinus cur Medea Juniperi ramo* uti volue-  
rit contra *Draconem*, non quod venena-  
ta sit *Juniperus* aut soporifera, sed quod  
venenis resistat, sicque Jasonem a vene-  
no tutum conservaverit.

CORTEX *Juniperi* singularis praedi-  
catur efficaciaz & adstrictionis, unde  
praesentaneam in nimio mensium fluxu  
praestare operam testis est jam citatus  
*Taberemont. lib. cit. p. 385. & 414.*

*Corticis*  
*Juniperini*  
*Vires.*

LIGNUM *JUNIPERINUM* pluribus sca-  
tet utilitatibus, in genere dicitur esse  
cephalicum nervosumque genus insi-  
gniter roborare, unde rasura ejus in cu-  
cuphis haud infrequeuter adhibetur, re-  
ferente *Schrödero loc. citato.* & preparata  
ex ligno, quorum multas exhibet formu-  
las, indistis affectibus praesentaneam  
praestant operam, quin & quajaci virtu-  
tem aemulari dicat *J. C. Claudinus d. in-*  
*gress. ad infirm.*

*Ligni Ju-*  
*niperini*  
*vires.*

BACCAS *Juniperi* quod attinet ea- *Baccarum*  
rum virtus nobilissima est & varie ab *Juniperi*  
Autoribus commendantur in quam- *Virtutes.*  
plurimis corporis humani affectibus.

*Sper-*

*Sperlingius lib. 7. Inst. Phys. cap. 7. p. 1048.*  
*Juniperi*, inquit, *bacca* stomacho utiles  
 sunt, fificant & calefaciunt & contra pe-  
 cotoris vitia, ut tussim & inflationes va-  
 lent.

*Johannes Renodeus lib. de mater. med.*  
*sect. 6. cap. 31. p. 260.* ita de illis differit:  
*Bacca Juniperi* calefaciunt, stomacho  
 prossunt, urinam movent, crassos & visci-  
 dos humores expurgant, contra infla-  
 tiones, tormina, serpentum ictus, tussim,  
 pectoris vitia utiliter dantur & antido-  
 tis convenientissime admiscentur.

In primis *Bacca Juniperi* insignem  
 usum obtinent in maligno & pestifero  
 aere indeque natis affectibus adhibet  
 tantique pretii aestimatæ, ut juxta *Bellonii*  
*Dialog. de balsamo cap. 6. pag. 75.* Venetiis  
 omnes pharmacopolas consilio Gratio-  
 fissimi atque Excellentissimi Collegii  
 Medicorum in componendâ Theriacâ &  
 Mithridatio pro veris balsami fructibus  
 substituerint, id quod etiam confirmat  
*Georgius Melichius Augustanus & Phar-*  
*macopeus Venerus* seque aliosque loco car-  
 po balsami bacca juniperinus usos fuisse  
 affirmat in pomposâ suâ Theriacæ anno  
 1573. confectione in urbe Venetiarum  
 institutâ *Commentar. de rebus medicament.*  
*parandi ration. v. 83.* Præterea, præ omni-  
 bus verè excellunt *bacca juniperina* in  
 pel-

pellendo calculo & urinis simplici modō usurpatæ. Hinc notum est DUCEM WÜRTENBERGENSEM in conventu Smalcaldico docuisse B. D. LUTHERUM gravissimè ex calculi doloribus decubentem præsentissimum esse remedium, ut sumeret recentem ollam *Juniperi* baccis recentibus ad dimidium usque impletam ac cum vino & aqua ad tertiae partis consumtionem coqueret, hujusque decocti haustum unum vel alterum sumeret. Similem vim *Affuerus P. P. olum Rostochiensis* vidit in *Johanne Domanno, Urbium Hanseaticarum quondam Syndico Generali ac Rostochiensis Civitatis speciali*, qui, cum omnem usum medicamentorum internorum respuisset, externa verò multorum generum frustrà essent admodata, tandem ex solius & simplicis infusi baccarum juniperi cum vino Rhenano facti haustu baccisque aliquot dentibus contritis & deglutitis hoc obtinuit, ut calculos cum urinâ rejecerit tam multos quam magnos, quorum nonnulli magnitudine pisum adæquarent, nonnulli etiam superarent, & præterea calculos & aranosæ materiae & fabuli copiam prope incredibilem, sicut videri potest in disputatione *Dni. Affueri de calculo cap. 15.* §. 13. *Crollius in libro de Signaturis singularem Juniperi baccis attribuit usum dicique*

citque experientiam demonstrare, quod  
pro sint maxime perè à Spiritibus mali-  
gnis obsessis & hancce vim illarum inna-  
tae attribuit cruci, quæ in singulis baccis,  
præsertim majoribus conspicitur.

Noxa Ju-  
niperi.

Quemadmodum maculae tubo Ba-  
tavo in medio etiam Solis disco quando-  
que apparere conspiciuntur, quæ tamen  
notante Vossio lib. 2. Idiolatrv. cap. 2.  
p. 313. non sunt in Sole, sed sub sole, Lu-  
nâ tamen superiores, & videntur pro-  
venire coalescentibus pluribus corpu-  
sculis opacis, sic & has recensitas aliasq;  
plures eximias virtutes possidet quidem  
Juniperus cum suis partibus, vitiis ta-  
men nonnullis arguitur, ideoque verè  
inquit Galen. lib. XI. meth. med. cap. 12.  
ων δυσχερετά των ειναι ένεγκεν το βοήθημα  
τοιχτον, ο μαδεν βλάπτον δυνηστει με-  
γαλως Difficillimum esse invenire reme-  
diuum tale quod cura ullam laisionem & no-  
xiam magnificè prospicit. Et sic in Junipero  
reprehenditur quod Virgilinus umbram  
illius cantantibus vel cunctantibus gra-  
vem appelleat, & credatur umbram juni-  
peri caput gravare & somnos inducere,  
quo de videri potest Sgo. Zener. Nobis.  
Dn. Præsidis p. 123. unde lethæum  
dici ramum à Valerio Flacco lib. 8. vers. 84.  
refert Ursinus in arboret. Bibl. cap. 18.  
p. 276.

Imò

Imò & in quibusdam Codicibus Dia-  
scoridus legi testatur *Olyorua in XX. Expe-*  
~~ri~~*ri* ~~anti~~pestilentia libris ramenta ligni  
Juniperini devorata aut epota homines  
interimere, quod tamen falsum esse do-  
cet *Marsiglius*. Quin potius Decoctum  
ramentorum ligni Juniperini ad poda-  
gram commendet *Solen*. in suis consilis  
p. 439.

Galenus lib. 2. de aliment. p. m. 383. &  
laudes & vitia baccarum Juniperi his ver-  
bis delineat: Juniperi fructus acris ad-  
modum est cum exigua dulcedine & minori  
adstringione, habet autem aromatiscum quid-  
dam, unde constat, quod calefaciat, omne  
enim aroma calidum. Hepar autem & re-  
nes purgat, succos crassos, & lentes tenuat,  
unde medicamentis salubribus admiscetur.  
Ceterum alimentum prabet exiguum, ac  
largius sumptum mordet stomachum. caput  
calefacit ob idque iustum replet infestatque  
doloribus, venirem nec proritat nec cohibet,  
urinas tamen mediocriter vacuat. Noxae  
Olei Juniperini videantur in anno secun-  
do miscell. Curiol. p. 27.

Cum autem *vita* hæc Juniperi recen-  
sita partim planè falsa, partim verò se-  
cundum quid saltem vera sint, si nempe  
nimio usu in abusum vertatur, quamobrem  
etiam *D. Bauhinum* usum, seu po-  
tius abusum decocti juniperini ex baccis

D                           confecti

confecti improbasse *legimus cent. 6. obser.*  
*Fabri. Hilaan. ob. 51.* ideò tamen tantus  
 Thesaurus ob has rationes non reformi-  
 dandus, sed potius imitemur, ut alias so-  
 lemus, incolas Galliæ, de quibus dicitur,  
 quòd Circio vento Regionem illorum in-  
 festanti, licet ædificia illorum conqua-  
 saverit, gratias tamen egerint, quoniam  
 salubritatem cœli sui huic vento debere  
 olim autumabant, id quod & Augustum  
 Imperatorem movit, ut Circio vento  
 templum, cum in Galliâ moraretur, &  
 voverit & fecerit, testante *Senecâ lib. V.*  
*Q. q. Nat. cap. 17.* Sic & nos levibus hisce  
 terroribus ab usu *Juniperi* ejusque parti-  
 um deterrere non patiamur, cum ab o-  
 mnibus periculis, mediocritatem si ob-  
 servemus, non solùm tutissimi esse possi-  
 mus, sed amplissimis quoque ipsius vir-  
 tutibus frui queamus, quoniam variis  
 inservit medicamentis præparandis ad  
 sustentationem sanitatis necessariis *Ju-*  
*niperus* & multas eorum formulas partes  
 illius ingrediuntur, quas hūc referre jam  
 non licitum, sed ex infrâ dicendis clarius  
 patebit.

Coronidis loco addere lubet enco-  
 mium sequens, quòd *Juniperum* ejusque  
*baccas* deprædicat *D. Johann. Joach.*  
*Becherus in Parnass. Med. Illustrat. part. 2.*

*P. m. 43.*

*Wach.*

Wachholder Holz erwärmt / und  
stärckt die Nerven sehr /  
Der Dampf davon der thut der  
Pest ein Gegenswehr /  
Den Horn befordern sie / die Beer-  
lein / ösnen auch /  
Im Blebungen des Leibs sind sie  
oftt im Gebrauch /  
Wachholder Oel ist zu den Lahmen  
Gliedern gut /  
Es stärckt und reiniget das Herß  
und auch das Blut.

Consideratō Juniperi & partium ex qui-  
bus constat usū, nunc ad illas Juniperi  
partes, quæ illi adnascuntur, vel ex illâ  
proveniunt, accedimus harumque usum  
etiam spectamus.

Fungum . qui Junipero adnascitur, Fungi Ju-  
aquæ inservire ophthalmicæ dicit Schrö-  
derus loc. sepius allegat. Tabernemontanus in niperini ne-  
sus.

Archnei Medicis part. 1. cap. 12. p. 102. 2-  
quam ex eodem fungo manuum tremo-  
rem, si illæ hâc crebrius laventur, tollere  
testatur Nobilissimus D. D. Martinus  
Bernhard de Berniz fascicul. 2. medica-  
ment. secretor. Cnöffelianor. titul. 25. p. 184.  
in appendic. ad annum sextum & septimum  
Ephemerid. Med. Phys. Natur. Curiosior.  
in German. de Liquore ex fungo Juniperi-  
no ita differit: Liquor iste virtute eâ est

D 2

præ-

præditus, ut membris paralyticis (juncturis quotidie bis inunctis) applicatus, omnem contracturam perfectè sanet, quod certè summum est arcanum, ipsâ etiam signaturâ præbente argumentum. Quare etiam ab arthritide confessos articulos eundem liquorem restaurare & corroborare necesse est. Experimentum diutis faciet fidem.

*Sandaracea  
efficacia.*

De *Sandaracea* Virtutibus multa passim apud Autores occurunt, in primis verò *Gummi* hoc discutit & condensat utileque est in capitib, dentium, pectoris, uteri, nervorum & catarrhosis affectibus internè & externè adhibitum, quin & viribus succinum æquare & in hujus defectu illi substitui posse, si dupla videlicet illius quantitas recipiatur, autumat *Lonicerus* in herbario suo p.m. 91.

CAP. VI.

PRÆPARATA EX LIGNO JUNIPERINO RECENSET, EAQUE, EX CORTICE ET FUNGO JUNIPERI QUÆ PARANTUR, ADJUNGIT.

*Prepara-  
ta ex ligno Juniperi.* Cum *Juniperi* usus tam nobilis & multivarius sit, ideoque ex illa ejusque partibus & multa variaque præparantur medi-